HUGO DE SANCTO VICTORE
Österreich, 12. Jh.
Seite 72r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26334
Copyright: Admont, Benediktinerstift

accipiant in xii. vel xiii. Sed in vii gradibus si canonice et usualiter numerantur omnia propinquitatum nomina et tenent ultra quos nec consanguinitas invenitur nec nomina reperiuntur nec successio potest amplius progredi. nec memoriter aliaque generatione recordari. Sed vel in hac computatione consanguinitatis aliqua debet ualeat ambiguitas remanere aliam quam quidem facium numerationem in hac disputatione diuinam sumendam. Sed enim quidam quia natis fratribus filius a filius eorum patruelis vel consobrinis genealogiam numerare incipiunt dicentes filios fratrum in prima generatione computare debere. quasi quidem truncus ex quo certi ramuli oriantur existunt. Sed nec ista gradum computatio. si bene intellecta fuerit ab ea quae supra exposuimus in sententia potest esse diuersa.

De gradibus cognationum

Hoc autem loco necessarium est exponere quomodo admodum gradus cognationis numerentur. Qua ire in primis admonendi sumus cognationem aliam supra numerare. aliam infra. aliam extransuerso quae et exlatere dicitur. Superior cognatio est parentum. inferior liberorum. extransuerso fratrum sororum ue eorum quae ex his generantur et euenient patrui amitae auunculi matrueae. Sed et supra quidem et inferior cognatio a primo gradu incipit. Ad ea quae extransuerso numerantur a secundo. Primo gradu est supra pater mater. infra filius filia. Secundo supra auus auia. infra nepos neptis. extransuerso frater et soror. Tertio supra pauus pauia infra pronepos pronepotis. extransuerso fratris sororisque filius filia. et euenient patruus amita auunculus matrueae. Latruus est frater patris quem greci πατραδελφον uocant. auunculus est oris frater quem apud eos pro πατραδελφον appellant. et patruus et auunculus dicitur. amita est patris soror. matrueae est matris soror. et consobrinus et consobrina. i. qui. vel quae ex fratribus aut sororibus generantur.

Sed quidam qui recte et consobrinos eos propre putant dici quae ex duabus sororibus generantur quasi consororinos. eos quae ex duobus generantur fratribus propre fratres patruelis uocari. Si autem ex duobus fratribus filiae nascerentur sorores patruelis appellantur. ac eos quae ex fratre et sorore generantur amitinos propre dici. amitinae filii et consobrini te appellant si fuerit tua amita. tu amitae tuae filii. consobrinum te appellant. tu illos amitinos. Quinto supra attauus attauia. infra abnepos abneptis. extransuerso fratris sororisque pronepos pronepotis et euenient patruus patruus amita. i. patruus fratris et soror. auunculus patruus. i. matrueae. i. patruus fratris et soror. Ita fratris patruelis. sororis patruelis. et consobrini et consobrinae amitini et amitinae filii filiae. nepos consobrini et consobrina. hi fratres patrui magni amitae magnae auunculi magni matrueae magnae filii filiae.

Sexto gradu est supra trattauus. trattauia. infra trinepos trineptis. extransuerso fratris sororisque abnepos abneptis. et euenient abpatruus abamita. i. abauus fratris et soror. Ita sobrinae sobrini quae ex fratribus vel sororibus patruelis vel consobrinis et amitis generantur filii filiae. hactenus ostendisse sufficiet quae admodum gradus cognationum utraque ea appellantur. Quarto gradu est supra abauus abauia. infra abnepos abneptis. et extransuerso fratris sororisque nepos neptis. et euenient patruus magni amita magna. i. auus fratris soror. Ita auunculus magni matrueae magnae. i. auus fratris soror.